ANTONINUS FLORENTINUS · IOHANNES CHRYSOSTOMUS (?)

Salzburg, 1477 Seite 71r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuitione nisi desistat post amonitionem
est excommunicatus. ¶ Si fecit vel fieri fecit aut
descripsit consuluit statuta contra ecclesiarum liberta-
tem vel scienter modernatus tenetur de dampnis et est excommunica-
tus ipse et scriptores et iudicantes. ea tamen
vide plenius. S. i. i. parte ¶ Si accepit pro-
natum de novo alicuius vacante ecclesie vel
monasterii vel locorum piorum vel bona ipsorum
locorum vacantium de hoc vide. S. in prima parte
¶ Si usurpavit bona hospitalium vel aliorum
piorum locorum aut bona religiosorum aut pauperum
aut rem ecclesie aut bona capituli aut colle-
giorum ¶ Si abstulit rem sacratam ut calicem
paramenta et huiusmodi de loco sacro. i. de ecclesia
aut rem sacram de loco non sacro aut rem non
sacram de loco sacro ¶ Si emit aliquid
de pecunia ecclesie quia talis possessio ecclesie
est ¶ Si effregit locum sacrum vel locum
religiosorum ut portas ecclesie vel portas que-
tus aut monasterii quia ultra peccatum et obli-
gatione ad satisfaciendum de iniuria et de
dampno est excommunicatus. si tamen hoc fecit iniu-
riose et violenter et ante denunciationem
potest absolvi a diocesano de post vero a solo
papa seu summo penitenciario Idem iudicium